

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1750

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369547365

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369547365>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369547365>

LOG Id: LOG_0209

LOG Titel: Caput Secundum. Corallium nigrum, & Accarbarium ramosum. Accarbaar itam. - Tweede Hoofdstuk. Het zwarte Koraal, en het getakte Accarbaar

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Subjungo hic porro verficulum, quo amicus quidam hunc maris hortum condecorare placuit, sequenti modo.

Ik voeg 'er hier by nog een ander versje, waar mede zekere vriend dezen Zeetuyn heeft verwaardigt, luidende als volgt:

Hier ziet men steen met hout gepaart,
 Hier op een klip een boom gebaart,
 Hier ziet men 't geen de barre grond
 In Zee gevoet heeft, daar men 't vond,
 Hier ziet men 't geen nooit zon bescheen,
 als Doe 't VerbruisLIk Land VerdWeen
 Voor Zee, en weer de Zee voor 't Land,
 Door Godts getergde regterhand.
 Hier ziet gy boomvrngt ongemeen,
 Gewormt en nagebootst op steen,
 Hier ziet gy bloemen, en haar beelt
 Op blinde klipjes voortgeteelt.

CAPUT SECUNDUM.

*Corallium nigrum, & Accarbarium
 ramosum. Accarbaar itam.*

Primum proferentes arbuscularum marinarum classem sub iis comprehendemus tales, quæ cum vero Corallio proxime conveniunt, puto autem tres illas species, in quas vulgo dividuntur cuncta Coralliorum genera in Europæis libris de faxis agentibus, rubram nempe, nigram, & albam, exceptis quibusdam spuris Coralliis.

Genuinum rubrum Corallium in India Orientali non crescit, sed nigri & albi quædam species, quas sub prima comprehendimus classe. Harum multæ sunt species in Europa penitus ignotæ, immo nigrum Corallium vix pro vero habetur, quum tamen genuinum sit, cujus causam puto esse, quod nigrum in Europa tam raro occurrat, ac proinde maxime ignotum sit.

Primum genus in quatuor primarias dividimus species, in nigrum nempe, cinereum, album, & rubrum Corallium, sub quibus tamen quædam reperiuntur, quæ spuria Corallia habenda sunt.

Nigrum subdividitur iterum in nigrum ramosum, monoclonum, planum seu flabellum, Cupressum marinum, seu Abietem marinam, Fœnum marinum, & Ericam marinam, cum binis aliis raris hujus generis speciebus.

Primo. *Accarbarium nigrum, ramosum, sive fruticans*, est id, quod pro vero Corallio nigro habemus, estque arbuscula elegantè ramosa & extensa, vulgo binos tresve pedes alta, licet etiam quædam sed raro reperiuntur quinque pedes altæ, ac similiter lata est, ad unam inclinans partem, vel ramis suis extensa est.

Sub aqua Corallium hoc ubique investitum est cortice obscure cinereo, aliquando purpureo, sed fragili, qui facile defricari potest, si per mensam in humido sepeliatur solo, vel quod melius est, si tam diu vento & pluviis exponatur, dein arena teratur, & cortex abradatur, atque ubi in angulis adhæret, scalpello abradendus est, tum tota arbuscula nigerima est. Sub aqua refert fasciculum Juncorum, per corticis gravitatem & maris fluxum semper depressum, ac nullo modo nigrum adparet, si proferatur.

Depuratum retinet inclinantem seu depressam formam, licet cuncti superiores rami lentissimi & flexiles sint, qui abrumpi nequeunt, sed quidem diffringi, aliquando arbusculæ reperiuntur, quarum rami fati erecti sunt, elegantem referentes fruticulum, cujus cuncta folia delapsa sunt, quæ optimæ sunt ad conservandum pro raro.

Supremi ramuli tam subtiles & acuti desinunt, quam si fila essent, coloris ex nigro ruffi, nihilominus tamen flexiles & lenti sunt, nec incurvi manentes, quum inflectuntur, sed si relaxantur, mox pristinam requirunt formam.

Trun-

TWEDE HOOFDSTUK.

*Het zwarte Koraal, en het
 getakte Accarbaar.*

Het eerste geslagte van de Zeeboompjes beginnende, zullen wy daar onder begrypen zoodanige, die met het opregte Koraal naast komen. Ik meene die drie soorten, waar in de Europeise Steenboeken ordinarij alle Coralgewassen verdeelen, te weten in rood, zwart, en wit, bebalven nog eenige bastard Korallen.

Het opregte roode Koraal hebben wy in gants Oost-Indiën niet, maar van het zwarte en witte eenige soorten, die wy dan onder 't eerste geslagt begrypen. Daar onder zyn vele soorten in Europa nog onbekent, ja zelfs het zwarte Koraal wil kwalijk daar voor aangenomen werden, daar het nogtans het opregte is, waar van ik de oorzaak gisse te zyn, dewyl het zwarte in Europa zoo weinig te vinden, en dierbalven meest onbekent is.

Het eerste geslagte verdeelen wy in vier hoofdsoorten, als zwart, graauw, wit, en rood, daar onder egter zommige loopen, die men niet booger dan bastaart Koraal takzeren moet.

De zwarte werd wederom verdeelt in een zwarte getakte, zwarte eensteelige, zwarte, platte, of wagers, Zee-Cypressen of *Abies marina*, *Fœnum marinum*, en de Zee-beide, met nog twee andere zeldzame soorten van dat geslagt.

I. *Accarbarium nigrum, Ramosum, sive Fruticans*, of zwart getakt *Accarbaar*, is 't geene wy voor 't opregte zwart Koraal houden, een wel getakt en uitgebreid boompje, ordinarij twee en drie voeten hoog, hoewel men der ook vindt dog zelden vyf voeten hoog, en ook zoo breed, gemeenelyk na de eene zyde bellende, of met de takken van malkander afgestrekt.

Onder water is 't over al bekleet met een donker-graauwe, en zomtyds peerze, brosse schorse, die haar ligt laat afwryven, als men 't een maand in vogtige grond begraaft, ofte welk beter is, als men 't zoo lange in regen en wind laat leggen, daar na met zand schuurt en de schorse afwryft, en daar ze in de boeken zitten blyft, met een mesje afschraapt, zoo werd eerst het geheele boompje pik zwart. Onder water gelykt het een bos biezzen, door de zwaarte der schorse en loopen des strooms altyd wat neergedrukt, en men kan niets zwarts daar aan zien, als het eerst uitkomt.

Het schoon gemaakte behoudt nog alle de gedrukte of bellende form, hoewel alle de bovenste takken zeer taai en buigzaam zyn, latende haar niet afbreken, maar wel met moeten afwringen, zomtyds vindt men 'er boompjes, wiens takken redelyk overeind staan, gelykende een cierlyk struikje, daar van alle de bladeren afgevallen zyn, dewelke dan de beste zyn om tot rariteit te bewaren.

De bovenste takjes loopen zoo dun en spits toe, als een draad, van couleur uit den zwarten wat ros, niet te min buigzaam en taai, geene kromte behoudende, als men ze buigt, maar losgelaten springen ze straks weder in haar voorige postuur.

Den,

Truncus transversalem palmam altus, vulgo digitum crassus est, raro binos, ac mox sese dividit in majores ramos, qui ob crassitiam inflexiles sunt, externe striati instar aliorum Coralliorum, sed profundius, qui peculiaris est character omnium Coralliorum, atque hæc striæ non rectæ, sed obliquæ & sinuosæ decurrunt, interne Corallium hoc nigrum quoque est, solidum, nec concavum, atque varia crassa strata seu vulvi sibi incumbunt, ex quibus patet, hæc arbusculas per adpositionem externam crescere & multiplicari, cujus rei signum evidentius est, quod, si externa lamella separetur, proxima huic subjecta non vere nigra sit, sed cinerea, & quasi calce obducta, quod tamen non bonæ est notæ, optima enim sunt, quorum lamellæ recte sibi inpositæ ac fere inseparabiles sunt.

Crassi rami, uti dictum est, inflexiles sunt, nisi per quandam activitatem dein memorandam, sunt enim substantiæ corneæ, seu mixtæ ex ligno & saxo, sed ita ut lignea prævaleat pars, ac proinde levissimum est omnium Coralliorum, sique frustra fricentur contra sese invicem, corneum quasi fundunt odorem, sed non penetrantem.

In teneris ramis hic & illic bacca sed raræ obcurrunt magnitudine granorum Piperis, externe obscure luteæ, interne concavæ & inanes, tenui obductæ cortice, quæ falso & erronee pro fructibus seu semine hujus plantæ habentur, tempore autem sponte decidunt, nec in vetustis observantur fruticulis.

Radix est conus obtusus, brevisque, mox sese dispergens in rupes corallinas, in quibus crescit, ac tam firmiter sese ipsis infigit, ut nulla vi evelli possit, sed ferro dissolvenda est, vel cum rupe tota adtrahenda est, ac dein separanda, vel brevi supra radicem magno cultro cædenda, uti vulgo id Amboinenses perficiunt, qui hoc Corallium non tanquam aliquid rarum, sed pro re Medica & Armillis id colligunt.

Prope radicem extra rupem altera cinerea, dura, & saxosa adparet crusta, ex qua aliquando ramuli quidam pusilli progerminant.

Senectute hi frutices plurimos perdunt superiores ramos, reliqui obtusi sunt, ac sensim magis magisque externe calceis maculis obfessi sunt, quum & iste fragilis decidit cortex. Atque truncus & inferiores rami investiti sunt mox dicta cinerea crusta, quæ ipsis tam firmiter adhæret, ut separari nequeat, & nigrum Accarbaar per eam decurrit instar nigri cordis plerumque ad semi digiti crassitiam, in vetustissimis ad digiti crassitiam, immo aliquando crassius est, externe striatum instar aliorum Coralliorum, plerumque cinereum, aliquando etiam gilvum & flavescens, quod melius censetur.

Crusta hæc interne solida est, & marmoris duritiam habet, obscure cinerea, seu ferrei coloris, intermixto viridi colore, fere ac si viridis caseus recens scinderetur, peculiarem formans substantiam, quæ tamen de Coralliorum qualitate participat, quod natura demonstrat, quum tam firmiter nigro adhæreat, atque externe Coralliorum strias gerat. Quum vero nullibi sola crescat hæc crusta, sed semper nigro juncta sit Corallio, hinc simul hoc in Capite describere eas volumus.

In litore finis Amboinensis pueri mei similem invenerunt radicem diversis incurvis & nodosis ramis inflexam, quorum quidam brachium crassi, & nodi minorem pugnum magni erant.

Primo eam habebant pro radice arboris, sed per sonum animadvertentes, saxum esse, ad me eam deportabant, in qua mox observabam, nigrum Calbaharium per omnes ramos & nodos decurrere, præ reliquis excellabant isti superiores rami, ultra digitum crassi, ex quibus cognoscebam, ingentem & vetustissimam fuisse arborem Accarbaar, cujus Amboinenses tres primarios amputaverant ramos ingenti cultro Parrang dicto, ac radicem tanquam inutilem abjecerant.

Ad hanc vero incomptam molem in segmenta scindendam hoc mihi maximum præbuit laborem, primo id tentans ferra dentata, sed hoc non succedebat, quum omnes dentes mox obtusi essent, dein id institui ferra plana sine dentibus, qualis adhibetur ad marmor scindendum, quod succedebat, si continuo aqua adfundebatur, per saxosam nempe crustam, quæ prius undique separanda erat ista ferra, sed per nigrum cor penetrabat ferra dentata, ac tali modo quædam segmenta comparabam, ac raros quosdam nodos, per quos nigrum Calbaharium instar nervi decurrebat.

Inten

De stam zynde maar een dwersband hoog, is in 't gemeen een vinger dik, en zelden twee vingeren dik, wat bogtig, en verdeelt zig straks in hoofdtakken, die wegens haare dikte niet buigzaam zyn, alle van buiten gestreept, geelyk andere Corallen, dog dieper, 't welk een eigen ken teeken is van alle Koraalgeslagten, en loopen de streepen niet regt, maar schuins, en bogtig. Binnen is bet mede zwart, massief, niet hol, en men ziet verscheide dikke rollen op malkander leggen, waar uit blykt, dat deze boompjes door een toezet van buiten en van onderen op vermeerderd werden, waar van nog een klaarder teeken is, dat, als men de buitenste rolle separeert, die naaft daar onder gelegene niet regt zwart, maar graauwagtig, en als met kalk bezet is, 't welk egter een fout is, want de besten zyn, daar de rollen dicht en onafzonderlyk op malkander leggen.

De dikke takken, als gezegt, laten haar niet buigen, dan door een zekere handgreep, hier na te verhalen, want ze zyn boornagtig van substantie, ofte gemengt van boute en steene natuur, dog dat bet groeiende bout meester zy, en dierbakven is bet ook bet ligste onder alle Koraalgeslagten, en als men de stukken tegens malkander wryft, geven ze een kleine boornagtige reuk van zig.

Aan de fyne takken ziet men hier en daar, dog weinige besten in de grootte van Peperkorrels of vlasdodden, van buiten donker-geel, van binnen hol en ydel, met een dunne schille, welke men abusievelyk voor vrugten of zaad van dit gewas houd, want ze vallen met ter tyd van zelfs af, en aan de oude struiken ziet men ze niet.

De wortel is een korte stomp, die zig straks verliest in de witte Koraalklippen, daar op zy wassen, niet te min daar in zoo vast, dat men ze met geen geweld daar uit trekken kan, maar men moet ze met yfers losbreeken, of met klip en al opbalen, en dezelve als dan afslaan, of men moet ze kort boven de wortel met een boumes afschappen, gelyk ordinaris de Amboinzen doen, die ze tot geen rariteit, maar tot de Medicyn en armringen zoeken.

By de wortel buiten de klip ziet men een andere asgrauwe, harde, en steene korste, waar uit zomtyds nog eenige kleine takjes spruiten.

In de ouderdom verliezen deze struiken hare meeste boventakken, de andere werden stomp, en allenkskens van buiten met kalkagtige plekken bezet, wanneer ook de voorscbreeve brosse schorste afvalt. Inzonderheid werd den stam en onderste takken bekleed met de naastgenoemde asgrauwe korste, die daar aan zoo vast is, dat men ze niet separeeren kan, en bet zwarte Accarbaar loopt daar door, als een zwart bert, in 't gemeen een halve vinger dik, aan de zeer oude ook een geheele vinger en meer dik, van buiten gestreept als andere Korallen, in 't gemeen asgrauw, zomtyds ook vaal of geelagtig, 't welk voor beter gehouden werd.

Binnen is deze korst massief, en zoo hard als marmarsteen, donker-grauw of ysserverwig, daar wat groens onder loopt, schier als of men een groene Kaas vers op snyt, makende een byzondere substantie, die egter de eigenfchap van Korallen participeert, 't welk de natuur aanwysst, om dat ze zoo vast aan 't zwarte groeit, en van buiten de streepen van Korallen heeft. Dog om dat bet nergens alleene groeit, maar altyd aan deze zwarte Korallen vast, zoo hebben wy ze t'zamen in een Hoofdstuk begrypen willen.

Op bet strand van den Amboinse inham, hebben myne Jongens diergelyke wortel gevonden, met verscheide kromme en knoestige takken, waar onder zommige een arm dik, en de knoesten een kleine vuist groot waren.

Zy zagen bet eerst voor een wortel van een boom aan, dog aan den klank bemerkende dat bet steen was, bragten ze by my, daar aan men straks zag, dat bet zwarte Kalbaharium door alle takken en knoesten doorliep, onder andere keeken die takken uit, ruim zoo dik als een vinger, daar aan men bemerkte, dat bet een groote en zeer ouden boom van Accarbaar moeste geweest zyn, waar van de Amboinzen de drie voornoemde takken met een Parrang afgekapt, en de wortel als onnut weggegoorpen hadden.

Dezen onbezuisden klomp nu in stukken of moten te zagen, heb ik geen kleine moeite gehad, eerst probeerende met een getande zaag, 't welk niet wilde aangaan, vermits alle tanden terstond stomp wierden, daar na tasten ik bem aan met een vlakke zaag zonder tanden, gelyk men gebruikt om bet Marmel te zagen, 't welk doen gelukte, als men gestadig water daar op goot, te weten door de steene korste, dewelke men eerst rondom los moeste afzagen, maar door bet zwarte bert te komen moeste men weder een getande zage nemen, en zoo kreegen wy eenige moten daar van, en eenige rare knoesten daar bet zwarte Kalbaharium als een zenuwe doorliep.

Inter fecandum attendendum est, non inter nudum ferrum firmari saxum, sed hoc obducendum est corio vel ligno, alioquin enim fragmenta saxosæ crustæ diffiliunt.

Nomen. Latine *Corallium nigrum Indicum*; *Accarbarium nigrum ramosum*, five *fruticans*. Malaice *Accarbaar* & *Kalbabaar*, item *Parampuan* seu *femina*, quum subsequens monoclonum pro mare habent. Ternatice *Kalbabaar* & *Lojang*. Horum nominum derivatio in præcedenti invenitur *Capite*. Amboinice *Lobomette*, in *Hitœa Hatueboe*, quod nomen commune est cum *Empetro acetoso*, ac denotat furculum seu fruticulum ex faxo; Sinice *Titsjiu*, h. e. lignum ferreum.

Hoc *Indicum Accarbaar* verum esse *Corallium nigrum* declarat satis ejus substantia, signatura, & qualitas, omnes enim auctores de nigro agentes *Corallio* dicunt, id inter omnia *Corallia* esse *lignosissimum*, licet in Europa nil notum sit pro *Corallio nigro*, quam nigra *Savalia* ex *Hispanico* & *Mauritanico* mari deducta, quæ ab *Indico* maxime differt, quum *Savalia* externe nil aliud sit, quam *crusta saxosa*, atque interne cor gerat *nigrum* & *lignosum*.

Signatura autem ejus cum omnibus quadrat *Coralliis*, strias nempe dictas, qualitates etiam conveniunt, uti infra id patebit.

Veteres id *Antipathem* vocarunt generali nomine, uti doctus *Salmafius* vult in *adnotationibus ad Solinum*, dicens *Antipathem* denotare quasvis res, quæ oppugnabant incantamenta, inter quas hoc *Accarbaar* apud quasvis *Indicas* nationes tanquam præcipuum antidotum habetur. Distinguendum tamen est ab *Antipathe Plinii*, qui inter pretiosos lapides numeratur, & niger est, nec pellucens, contra incantamenta quoque valens, & lacti incoctus *Myrrha* colorem vel odorem præbens, quod nostrum *Accarbaar* non facit.

Ctesias Gnidius Lib. 2. de montibus, & *Plutarchus* in *libello de fluviis* ipsi adscripto, de lapide *Antipathe* sic scribunt. In *Mysia* mons est *Teuthras* dictus, in quo reperitur *Lapis Antipathes*, qui in vino contritus curat vitiligines & *Lepras*, uti & incantatos, quæ res melius competunt speciei lapidis *Gagatis*, quam plantæ marinæ, contra cum nostro *Accarbaar* videntur convenire, ni eadem sint, binæ aliæ plantæ, de quibus *Plinius Lib. 13. Cap. 25.* sequenti scribit modo, *Juba*, qui doctus fuit *Rex Mauritanie*, scribit circa insulas *Trogloditicas* in profundo mari reperiri fruticem *aphyllum*, *Coralliis* similem, qui *Isidos plocamos*, h. e. *Capillis Ysidos* dicitur, quique amputatus colorem mutat, indurescit, & nigrescit, sed quum cadit, frangitur.

Item alter *Charitoblepharon* dictus, h. e. *elegantia supercilia Deæ Charitis*, qui valet ad amorem excitandum, ex quo mulieres *spathalia* & *armillas* formant. Sentit quodammodo, quum capere eum volumus, & instar cornu indurescit, secures hebetans, si vero subito amputatur, in lapidem degenerat.

Quid melius jam quis hallucinari possit, quam quod hic *Ysidus Capillus* & *elegantia supercilia* sint hoc nostrum *Accarbaar*, cujus tenuissimi rami optime referunt caules herbæ *Adianthi* seu *Capilli veneris*, & ad similes adhibentur res, ad quas *Juba* scribit in usu esse binas suas plantas, sic etiam pro certo mihi confirmatur, *nigras arbusculas marinas* haud multum ab *Amboinensi* diversas hic & illic reperiri juxta litus *Oriente Africanum*, a lacu nempe *rubro* usque ad caput *Bonæ spei*. Verum quidem esse possit, *Africanum Calbabaar* fragilioris esse substantiæ quam *Amboinense*, quum *Juba* dicat, *mox frangi*, si cadit in solum.

Saxosa & *cinerea crusta*, quæ ad radicem hujus speciei crescit, & quoque medicinalis est, apud *Malaïenses* nullum peculiare obtinuit nomen, nisi *Calbabaar pœnja ackar*, h. e. *radix Calbabaari*. Nos Latine eam vocamus *Crustam Accarbarii*.

Locus. Satis magna copia invenitur undique circa *Amboinenses* & *Moluccenses* insulas, ad profunditatem quinque & sex orchiarum, non coadunatim, sed hic & illic unus alterve fruticulus, qui crescit in profunditate decem & plurium orchiarum, major est, & majori copia istam gerit *saxosam crustam*.

In 't zagen moet men opletten, dat men 't niet tussen bloot yser sçbroeft, maar met leer of hout gevoert, want anders springen stukjes van de steene korsten.

Naam. In 't Latyn *Corallium nigrum Indicum*; *Accarbarium nigrum ramosum* five *fruticans*; in 't Malaïts *Accarbaar*, en *Kalbahaar*. Item *Parampuan* bet wyfken, dewyl ze het volgende eensteelige voor 't mannekenhouden; in 't Ternataans *Kalbahaar*, en *Lojang*. De derivatie dezzer namen ziet men in 't voorgaande Hoofdstuk. In 't Amboins *Lohomette*; op *Hitoe Hatuehoe*, een naam gemeen met het *Empetrum acetosum*, en beduidende een scheute of jong gewas uit een steen; in 't Sinees *Titsjiu*, dat is yferhout.

Dat dit Oostindische *Accarbaar* een opregt zwart Koraal zy, bewyft genoegzaam zyne substantie, zyn natuur, en eigenschap, want alle Auteurs van zwarte Koraal sçbryvende, zeggen, dat het zelve onder alle Korallen het houtagtigste zy, hoewel in Europa anders niet voor zwart Koraal bekend en is, dan de zwarte *Savalia* uit de Spaansche en Mauritaansche Zee komende, van het Oostindische merkelyk verscbillende, alzo *Savalia* van buiten niet anders dan een steene korste is, en van binnen een zwart houtagtig bert heeft.

De signatuure heeft het met alle opregte Korallen gemeen, namentlyk de voornoemde streepen. De eigenschappen komen ook over een, gelyk hier onder blyken zal.

De ouden hebben 't ook *Antipathes* met een generalen naam genaamt, gelyk den Geleerden *Salmafius* wil in zyn Aanteekeninge op *Solinum*, zeggende dat *Antipathes* beduide allerbande dingen, die tegens toverye sçryden, waar onder dit *Accarbaar* by alle Indiaanse Natien voor het voornaamste tegenmiddel gehouden werd. Men moet het egter onderscheiden van *Antipathes Plinii*, 't welk onder de kostelyke steenen gereekent werd, en zal zwart zyn, niet doorschynend, mede tegens de toverye kragtig, en in melk gekookt dezelve smaken als *Myrrhe*, of in couleur of in reuk, 't welk ons *Accarbaar* niet doet.

Ctesias Gnidius Lib. 2. de montibus, en *Plutarchus* in 't Boekje van de revieren hem toegeschreeven, sçbryven van den steen *Antipathes* aldus. In *Mysia* is den Berg *Teuthras* genaamt, in welke men vindt den steen *Antipathes*, derwelke in wyn gewreeven, geneest de *Vitiligines* en *Lepras*, als mede den betoverden, welke dingen beter passen op een zoorte van den steen *Gagates*, dan op een Zeegewas, daar en tegens sçhynen met onze *Accarbaar* over een te komen, zoo het niet de zelve zyn, twee andere gewassen, waar van *Plinius Lib. 13. Cap. 25.* aldus sçbryft, *Juba*, zynde een geleerde Koning in *Mauritanien* geweest, sçbryft, dat omtrent de Eilanden van de *Troglodieten* in de diepe zee een struik gevonden werd, zonder bladeren, den Korallen gelyk, *Isidos plocamos*, dat is het hair van *Iis* genaamt, derwelke afgesneeden, zyn verwe verandert, bart, en zwart werd, maar als by valt, breekt.

Item nog een anderen *Charitoblepharon* genaamt, dat is sçboone *Wynbrauwen* van de *Godinne Charites*, kragtig om liefde te verwekken, waar uit de vrouwen *Armvercierzels* en *Armringen* maken. Hy voelt het eenigzints, als men hem vangen wil, en werd zoo hard als een boorn, de bylen stomp makende, maar als hem de lagen missen, te weten, als men hem sçbielyk afskapt, zoo verandert by in een steen.

Wat zoude men nu naarder raden, dat dit *Isydos* hair en sçboone *Wynbrauwen* zyn, dan dit ons *Accarbaar*, wiens fynste takken zeer wel gelyken na de steelen van 't kruid *Adiantum* of *Capillus veneris*, en tot diergelyke dingen gebruikt werden, als *Juba* van zyne twee planten voorgeeft, zoo werde ik ook voorzeker berigt, dat de zwarte *Zeeboompjes* niet veel van de *Amboinse* verscbillende, hier en daar gevonden werden, langs den *Afrikaansen Oostkust*, van 't roode meir af tot aan de *Cabo de Bon Esperance* toe. Dog het zoude wel kunnen zyn, dat het *Africaanse Calbabaar* wat broffer van substantie is dan het *Amboinse*, om dat *Juba* zegt straks te breeken, als het op de grond valt.

De steenagtige en asgrauwe korste, die aan de wortel van deze zoorte wagt, en mede medicinaal is, heeft by de *Malyers* geen byzonderen naam dan *Kalbahaar pœnja ackar*, dat is wortel van *Kalbahaar*. Wy noemen ze in 't Latyn *Crustam Accarbarii*.

Plaats. Men vindt het in redelyke quantiteit rondom alle de *Amboinsche* en *Molukse Eilanden*, op vyf en zes vademen diepte, niet met troepen by malkanderen, maar hier en daar een struik, derwelke op tien en meer vademen diepte groejen, werden grooter, en gewinnen meest van die steenagtige korste.

Ipsorum naturale solum est in ingentibus rupibus maris, Carang dictis, quæ externe magnis prominent capitibus & nodis, ac rugosæ & mucosæ sunt. Interne eleganter albæ, molliores quovis alio saxo, & venulis distinctæ instar facchari albi, quæque infra latius describentur, sub nomine Saxi calcarii.

Hicce nigrum Accarbaar tam firmiter radicibus fixum est, licet radix ipsa in nullas dispersa sit fibrillas, ut nulla vi extrahi possit, præsertim si ista crusta Accarbarii ipsi inposita sit, quæ in Carang itidem infixæ est. Reperitur quoque in duris, cæruleis, ruffis, & cinereis filicibus, sed tum multo minus, gracilius, & ad extremitatem cinereum magis est præcedenti, nullas emittens radices in filices, sed ipsis quasi adglutinatum est, nihilominus tam firmiter, ut ab ipsis haud facile separari possit.

Ex quibus patet, hoc quoque Accarbaar nullum vel paucum admodum trahere alimentum ex subjectis scopulis, sed istum mucum, de quo in primo egimus capite, ab aliis defluentem arbusculis, vim feminalem in se concludere, atque ubi hic sese figit, ibi novam format arbusculam, pabulum porro ducens ex bituminosis & sulphureis maris particulis.

Concludendum tamen est, hoc nigrum Accarbaarium plus nutrimenti trahere ex dictis Carang rupibus, quam ex filicibus, quum primis suas figit radices, multoque majus, elegantius, ac nigrius est, si iis increfcatur, quam in aliis duris saxis, ita ut posterius tanquam spurium veri habendum sit.

Ipsorum captura sequenti peragitur modo. Urinator restem adligat trunco, quum cito adtrahitur cum tota rupe, si non sit nimia. Sed si nimis magnæ & graves sint, quam ut elevari possint, tum arbusculam undique circa radicem cultris ferreis separat, quod in molli Carang facile fieri potest. Amboinensis autem non tantum inpendere volunt laborem, sed mox cultro magno seu Parrang amputant arbusculam paulo supra radicem, ubi nulla saxosa est crusta.

Multo ignorantiores sunt, qui totum fruticem torquendo vel perstringendo volunt eruere, quo plerumque nil efficiunt, nisi quod optimos corrumpant ramos. Periti enim urinatores uno testantur ore, si diu Accarbarium torqueatur vel perstringatur, multo tenacius ac lentius fieri, ita ut uno ictu ac rapido elevandum sit, quod cum Jubæ dicto quadrat. Varias accipi tales arbusculas, quæ hac torsione adeo incomptæ ac perditæ erant, ut exteriores volvuli separarentur, atque nil boni ex iis comparari potuerit.

Ufus. Inter cuncta Corallia, quæ Indicum profert mare, hoc nigrum maxime æstimatum est, & usitatissimum pro gestatione. Incola ejus nullam requirit partem nisi crassos ramos, ex quibus armillas formant, tam pro viris quam pro feminis, quod sequenti fit dexteritate. Primo amputant ad unam partem ramos planos, qua brachiis adcumbent, quem in finem rectos ac minime nodosos eligunt, ita ut ex tota arbuscula non plures uno alterove annulo formari possent, dein eos obliniunt recenti Calappi oleo, eosque supra ignem tenent, iterum eos obliniunt, ac denuo supra ignem inflectunt ramdiu, donec mollescant rami, quos tum in circulum inflectunt, extremitates colligantes, ac sic frigescere sinunt, tum nigrum hoc Corallium hanc servat formam.

Hæc brachialia dein poliuntur, ita ut Ebenum referant verum, quod fit, si primo radantur frusto vitri vel porcellani, tum omnes exteriores striæ delentur & poliuntur, quum glabra dein redduntur rugosis quibusdam foliis, quale est folium Politorium Libro 6, descriptum, folia Socci, vel pellis Lamii piscis, sed minus rugosum semper ultima vice sumendum est, ac tandem glabro offe fortiter fricanda sunt.

Quum has induere volunt armillas, ipsarum extremitates deducunt, quibus brachium injungitur, quæque iterum sponte connectuntur, nec metus est, ut frangantur.

Divites eas auro obducunt, vel figuras ex auro ipsis inponunt. Magna frusta, binos ac plures digitos crassa, magnatibus obferuntur, qui ex iis elegantia manubria telorum & cultrorum fabricari curant, eaque pretiosiora habent, & præferunt aureis.

Haren eigentlyken grond is op de groote Zeeklippen Carang genaamt, die van buiten met veele koppen en knoesten uitbuilen, en ruig en slymerig zyn, van binnen schoonwit, weeke als eenige andere steen, met adertjes gestraalt als de witte zuiker, dewelke hier na breeder zullen beschreven werden, onder den naam van Saxum calcarium.

Hier op staat dit zwarte Accarbaar zoo vast gewortelt, hoe wel de wortel zelfs baar in geene vazelingen verspreid, dat het onmogelyk is de zelve uit te trekken, inzonderheid als de voorschreeven Crusta Accarbarij daar op leid, dewelke in den Carang mede vast gewortelt is. Men vindt het ook op harde, blauwe, rosse, en grauwe keisteenen, dog veel kleinder, magerder, en aan de einden roffer van couleur, dan de voorige, geene wortelen in den keisteen schietende, maar als daar op geplakt, niet te min zoo vast, dat het daar van niet ligt te separeeren is.

Waar uit blykt, dat ook dit Accarbaar geen of weinig voedzel uit de onderleggende klippen trekt, maar dat dien slym, waar van wy in 't eerste Hoofdstuk gesproken hebben, van andere boompjes afvloeyende, de zaadkracht in zig hebbende, en daar by zig vast begt, een nieuw boompje formeert, zyn voedzel verder trekkende uit de bitumineuse en zwavelige deeltjes der zee.

Evenwel moet men ook besluiten, dat dit zwarte Accarbaar meer voedzel trekt uit de voornoemde Carang-klippen, dan uit andere keisteenen, dewyl het in de eerste zyne wortelen schiet, veel grooter, schoonder, en zwarter, daar het groeit op harde steenen, zoo dat men 't laatste als misgewassen van het regte houden moet.

Haren vangst geschiedt aldus. Een Duiker bindt een strop om den stam, en laat het aldus schielijk op trekken met klip en al, als dezelve niet te groot is. Maar de groote te zwaar zynde om op te balen, zoo moet by het boompje rondom den wortel met ysers losbreken, het welk aan dien weeke Karang ligtelyk geschieden kan. De Amboinees wil zoo veel moeite niet doen, maar kaptze straks met zyn parrang of boumes af, kort boven de wortel, daar geen steenen korste is.

Veele onwetender handelenze, als ze denghebeelen struik met wringen en drajen willen losrukken, waar mede zy gemeenlyk niet op doen, of de beste takken geschonde opbrengen. Want de ervaren Duikers verhalen eenparig, als men aan 't Accarbaar lange mart en wringt, dat het veel taser en vaster werd, en ook vaster houden zal, zoo dat men 't met een ruk of met een kap moet uitbalen, 't welk met Jubaas zeggen overeen stemt. Ik hebbe verscheiden zulke boompjes gekreegen, die door dit wringen zoo bedorven waren, dat de buitenste rolletjes afschilferden, en niets goeds daar van te maken was.

Gebruik. Onder alle Koraalgewassen, die de Indische zee voortbrengt, is dit zwarte het meest geëstimeerde en gebruikelykste om te dragen. De Inlander zoekt daar van anders niet dan de dikke takken om Armringen daar van te maken, zoo wel voor mannen als voor vrouwen, 't welk geschiedt door de volgende handgreep. Zy snoejen eerst de takken aan de eene zyde plat, daar ze tegen den arm zullen aanleggen, daar toe de regte en deminknoestige verkiezende, zoo dat ze uit een gebeel boompje niet boven een of twee ringen kunnen krygen, daar na bestrykenze die met versche Kalappus-olye, houden ze over een kool vuur, besmeeren ze nogmaals, en weder over 't vuur, zoo lange tot dat de takken leenig werden, die ze dan buigen in een ronde cirkel met de einden t'zamen bindende, en laten ze zoo kout worden, zoo blyft dat zwarte Koraal in de zelve gedaante.

Deze armringen werden daar na glad gemaakt, zoo dat ze het natuurlyke Ebbenhout gelyken, 't welk geschiedt, als men ze eerst scbraapt met glas of een scherpe porzelein, dat alle de buitenste streepen daar uit komen, en effen werden, wanneer men ze polyst met eenige ruige bladeren, gelyk het folium Politorium Lib. 6. beschreeven, Soccom bladeren of een Hajenvel, dog het minst ruige moet men altyd op 't laast nemen, en eindelyk met een glad beentje sterkelyk wryven.

Als zy deze ringen willen aandoen, zoo trekt men de einden wat van malkander, daar men als dan den arm in duwt, en laat ze weer t'zamen springen, want het heeft geen nood van breeken.

Die de middelen hebben, laten ze met goud beslaan, of goude figuren daar in leggen. De groote stukken, die twee vingeren en meer dik zyn, werden aan de groote Heeren gebragt, die daar van curieuze krisbegten en steelen tot messen maken, en houden die kostelyken, dragen ze ook liever dan de gouden.

Rationem, cur incolæ hoc nigrum Corallium adeo amant gestare, nullam aliam indagare potui, quam quod in ea firma sint opinione, aliquem nigrum Calbaharium gestantem, immunem esse ab incantamentis, devotionibus, & contagioso aëre, unde & pueros hoc gestare oportet, & ut simul corpus bonam fervet formam, sique quodam casu aliquid maligni vel veneni sive per cibum, sive per potum in corpore ingesserint, semper paratum & ad manus habent Bezoardicum, cujus rasurum propinant. Malaienses autem putant, non bonum esse, armillas ad eam partem, qua cutim tangunt, auro obduci, sed quidem ad extremitates, & superiorem partem aureas inponi figuras, dicunt enim non sine ratione, oportere, ut Corallium nudam tangat cutim, si quandam salubritatem adferet.

In re Medica non minorem habet usum, licet non admodum gratum sit, si propinetur, ob saporem corneum & præsertim ob odorem, ac si nempe mixtus esset ex carbonibus, cornu, & Onyce marina. Hoc autem Corallium supra porphyritum teritur cum aqua, donec hæc nigrescat, ac sic propinatur, tam sola quam cum albo Calbahario mixta.

Peculiares habet virtutes, quum compositum sit ex sulphurea & bituminosa humiditate, quæ in aqua marina latet, non enim putandum est mare solummodo constare ex sola aqua & sale, sub iis vero latent etiam alia salia & pinguedines, uti Sal Nitri, Sulphur, Bitumen &c. quæ omnia mare ex mundi globo exfugit, & e quibus tot diversæ formantur plantæ marinæ.

Præ reliquis hoc Indicum mare, quod Archipelagum Moluccanum constituit, in prægnatum est varia sulphurea pinguedine, ac bituminosis humoribus, ex quibus variæ Ambra species, ac præsertim nigra Ambra (quæ perfecte Bitumen redolet, ut & hoc nigrum Calbaharium) suum habent ortum. Argumento iterum, quod nigrum Calbaharium non crescat e rupibus, quibus infixum est, quum hæc sint albæ, molles, & ex falsa constant materie, nullam exhibentes bituminosam humiditatem.

Ad usum itaque Medicum talia plerumque sumuntur frusta & fragmenta, quæ ad armillarum opus dictum non valent, attamen tam magna, ut facile manu teneri, & supra porphyritum cum aqua conteri possint, hoc enim Corallium sive solum, sive cum albo Calbahario mixtum resistit primo, atque enervat omne adsumptum venenum, præsertim omnem noxium cibum, qui ex mari petitur, quales sunt noxii pisces, cancri, & corniculi &c. item venenosos Fungos, ac similem cibum, qui hominis fauces contrahit, si modo statim tali homini aquam saccharatam infundant, ne fauces constringantur, donec medicamentum sit præparatum.

Propinatur quoque, si variolæ, & morbilli retroeunt vel collapsi sunt, ac per ingentem ardorem homines quasi suffocare volunt. Item eos juvat, qui corrupti sunt nimio potu Spiritus Vini & Arack, atque inde magnam anxietatem & ardorem in orificio ventriculi perferunt, & in quibus appetitus penitus est prostratus.

Cum albo Calbahario mixtum propinatur iis, qui acre & vehemens adsumserunt purgans, quod fortem excitat vomitum, ita ut sæpe sanguis subsequatur, uti id fit per *Petola silvestrem*, quæ species est Elaterii, sique alicui sine notabili causâ anxietas ventriculi superveniat, qui inflammatur, & cordis anxietatem causat, ac si suffocaretur (quod Malaienses *Sakkitt pissang* vocant, non quia oritur ex esu Musæ, sed quia sensus est, ac si fructus Musæ ex ventriculo sursum sese elevat, ad talem suffocandum) tum etiam hoc nigrum Calbaharium ingerendum est.

Crusta ista saxosa & cinerea, *Crusta Accarbarii* dicta, ad usum medicum etiam conservatur, in pulvem enim tenuem contrita & inlinita ardorem extinguit, & dolorem mitigat in magnis anthracibus & Apophthematibus, sed ipsi ulceris centro seu oculo non inlinienda est, ne collabescat vel materia retroeat. Hæc pulcra etiam inlinitur ictibus & moribus quorundam venenatorum animalium. Quidam huic crustæ omnes adscribunt virtutes albi Calbaharii.

Si

De reden, waarom de Inlanders dit zwarte Koraal zoo geern dragen, heb ik geen andere konnen uitvragen, dan dat ze in die vaste inbeeldinge zyn, dat iemand zwart Kalbabaar aan 't lyf dragende bevryst zy voor alle tovery, zegeningen, en kwade lugt, daar om ze de kinderen ook moeten dragen, op dat ze het ligbaam altyd in een goede gedaante behouden, en als zy dan iets kwaads van fenynige kost of drank in 't lyf krygen, zoo hebben ze eenen Bezoar by zig gereet, waar van ze het schraapzel mogen drinken. De Malyers bouden evenwel daar niet van, dat men deze Armringen aan die zyde, daar ze tegens het lyf leggen met goud beslaat, maar wel aan de einden, en boven op met goude figuren, want zy zeggen niet zonder reden, dat het Koraal de bloote huid moet raken, als het eenige gezontheid zal aanbrengen.

In de Medicynen heeft het niet minder gebruik, hoewel het niet al te lieflyk is om in te nemen, wegens zyn boornagtige smaak, en inzonderheid den reuk, als dewelke gemengt is uit kolen, boorn, en Onyks marina, men wryft het opeen ruige steen met water, tot dat het zelve zwartagtig daar van werd, en drinkt het zoo in, zoo wel alleen als met wit Kalbabaar gemengt.

Het heeft zyne byzondere kragten, als zynde gemaakt uit een zwavelige bitumineuse vogtigheid, die in 't zee-water schuilt, want men moet niet meenen, dat de zee alleenlyk bestaat uit slegt water en zout, maar daar onder schuilen ook andere Salia en Vettigheden, als Sal Nitri, Sulphur, Bitumen &c. die de zee uit den aardkloot zuigt, en waar uit zoo veele verscheide Zeeplanten komen.

Onder anderen is deze Indische Zee, die den Archipelagus Moluccanus maakt, bezwangert met verscheide sulphurise vettigheid, en bitumineuse humeuren, waar uit veelderlei zoorten van Ambra, inzonderheid den zwarten Amber, die duidelyk na Bitumen ruikt, en dit zwarte Kalbabaar haren oorsprong hebben. Al wederom een bewys, dat het zwarte Kalbabaar niet uit de klippen groeit, daar op het staat, dewyl die zelve van een witte, weeke, en ziltige materie zyn, gants geen bitumineuse vettigheid vertoonende.

Tot de Medicyn dan nemen ze gemeenlyk zoodanige stukken en brokken, die tot het bovenstaande werk van Armringen onbekwaam zyn, evenwel nog al zoo groot, opdat men ze gemakkelyk in de hand vatten, en op een steen met water wryven kan, want de zelve, het zy alleer of met wit Kalbabaar gemengt, resisteert voor eerst, en dood allerlei ingenomene venyn, inzonderheid alle schadelijke kost, die uit de zee komt, gelyk schadelijke Vissen, Krabben, Hoorntjes &c. venynige Kamernoelien, en diergelyke kost, die een mens worgen wil, als men maar ten eersten zuikerwater den mensche ingiet, dat de keele zoo lange open blyve, tot dat men 't Medicament klaar make.

Het werd ook ingegeven, als de kinderpokken en mazelen ingeslagen zyn, en met een groote brand den mensche verstikken willen. Item helpt die geene weder te regt, die haar bedorven hebben met veel drinken van Brandewyn en Arak, en daar door een groote benauwtbeid en brand in de krop van de mage gevoelen, en schier niet meer eten konnen.

Met wit Kalbabaar gemengt geeft men die geene in, die een scherpe purgatie ingenomen hebben, dewelke een sterk braken maakt, zoo dat 'er dikwils bloed na komt, gelyk doet de *Petola silvestris*, een zoorte van *Elaterium* of *Ezels-comcommers*, als iemand zonder kennelyke oorzaak een benauwtbeid in de mage overkomt, wanneer dezelve zig opblaast, en de borst benauwt, als of men verstikken wilde, 't welk de Malyers *Sakkitt pissang* noemen, niet om dat het van 't eeten der *Pissangs* komt, maar om dat men gevoeld, als of 'er een *Pissang* uit de mage opklom, en iemand verstikken wilde, zoo zal men ook zwart Kalbabaar innemen.

De asgrauwe steene schorffe, *Crusta Accarbarii* genaamt, werd ook tot de Medicyn bewaart, want tot een dun papje gewreeven, en op gesmeert verkoelt ze den brand, en verzagt de pyne in de grootte bloedzweeren en apostemen, dog men moet ze op 't ooge van de zweeren niet stryken, op dat ze niet te rugge slaan. Men strykt dit papje ook op de steekten en beetten van eenige schadelijke gedierten. Zommige schryven deze korsten schier alle kragten van 't witte Kalbabaar toe.

Als



Si hoc Calbaharium ad singularitatem quis servare velit, uti nostra natio id plurimum facit, tales eligendæ sunt arbusculæ, quarum rami potissimum erecti sunt, & fulcro insident lapideo, sed ne truncus sit concretus crusta ista saxosa, vel saitem non nimis alte ea investitus, quod dedecori est, uti & si tenuissimi ramuli abrupti vel decidui sint. Sic quoque unus truncus ex unica exurgat radice, licet dein in ramos sese mox dispergat, si vero cinctus sit multis curtis & obtusis furculis ex radice adfurgentibus, hoc etiam dedecori est, sed hi laterales furculi cultro facile abscindi possunt.

Sic quoque rami aliquando in arcus concreti sunt, item conchæ, ostrea, aliaque alba ac tenuissima Corallia intermixta, & ramis adcreta, quæ omnia relinquuntur, quæque particularitatem augent.

Alter mirus usus in hisce posterioribus annis inventus est, formandi nempe ex hoc Calbahario elegantia sceptræ, quæ manu tenentur, & nunc ex unico, nunc ex binis tribusve constant caulibus artificiose inflexis, & sinuosis, & raris quasi flammis distinctis, ita ut videatur tali modo naturaliter cretum esse, hunc in finem eligenda est tota Corallina arbor, & examinandum, an unicum rectum caulem ex ea conquirere possimus, an vero una alterave addenda sit, ita tamen ut truncus inferior ad femi pedis circiter spatium nudus sit.

Omnes reliqui rami cultro abscinduntur, reliquumque raditur & politur, uti supra indicatum fuit, dein oleo oblinitur, supra ignem molle redditur, & flectitur per sese invicem instar capillitii, talesque maculas & sinus formando, quales videntur convenire ad ornamentum.

Contexti hi rami ad extremitates filo connectuntur, quum hamuli vel capitula hisce adnectuntur, quamdiu enim hoc Corallium calidum est, inflecti potest ex arbitrio, & frige factum istam servat formam contexti nempe sceptri, quod dein rugosis foliis poliendum est, ita ut vestigia abscissorum ramorum dignoscere nequeant, & glabritiem adquirat Ebeni ligni.

Hæc sceptræ binos & ad summum tres pedes longa, hodie rarissima ac pretiosissima res est, quæ ex nigro conquiri potest Calabahario, quum raro tales reperiantur arbores, quarum rami ad hoc opus apti sunt, ac tota arbor huic operi inpendenda. Hinc etiam digna æstimantur hæc sceptræ, ut ad crassissimam partem, quæ pro manubrio infervit, auro obducantur, & tanquam donum magnatibus mittantur.

Ad Calbaharium amputandum & poliendum, inter omnes Amboinenses nationes nulla aptior reperitur, quam æquorei populi Bonoæ & Manipæ, quibus hoc opus committendum est.

In Sinensibus legitur libris. Nigrum Titsjiu tostum & pulverisatum curare vulnera contracta ex clavis.

Quædam harum arbuscularum sub aqua obductæ sunt cortice purpureo, vel pallide purpurascete, qui nigricat vel obscurus est, si manu tangatur vel torqueatur, sed supra aquam elevatus & siccatus, pallide cinereus est & fragilis, arbusculæ etiam sunt, in quibus muscoli Aviculæ dicti adhærent ramis, decem vel duodecim numero, semper cauda elevati, sed in extractis decidunt.

Ejus rami tosti in carbones fungosos, & tenuiter contriti, & sicci inpositi ictibus venenatorum piscium & millepedum, eos curant. De imaginario fructu hujus Calbaharii vide ad finem Capituli noni.

Tabula Septuagesima septima

Corallium exhibet nigrum, seu Accarbarium nigrum ramosum, de quo vide Dale Pharmacolog. in quarto pag. 60 ubi plures inveniuntur de hoc auctores, vide & Boerhav. Ind. pag. 6. cui dicitur Keratophyton arboreum, nigrum.

Als men dit zwart Kalbabaar tot rareiten bewaren wil, gelyk meest onze Natie daar mede doet, zoo moet men zoodanige boompjes verkiezen, die de takken meest over eind, en haren steenen voet nog hebben, dog den stam moet niet begroeiit zyn met die steene korste, of immers niet hoog daar mede bekleedt, want zulks een kleine misstant geeft, ook als wanneer de fynste takjes meest afgevallen zyn. Zoo moet ook maar een stam uit eenen wortel ryzen, al verdeeld by zig dan terstond in takken. Maar als by omcingt is met veele korte en stompe ryskens uit de wortel spruitende, dat mismaakt hem ook, dog deze zyde ryskes kan men gemakkelyk met een mes afsnyden.

Zoo ziet men ook dikwyls de takken met bogen aan malkander vast gegroeiit, item hier en daar schulpen, Oestertjes, en andere witte fyn getakte Kraalsteentjes, aan de takken vast gegroeiit, alle welke men daar aan laat, als dienende tot vergrootinge van de rarigheid.

Een ander zeldzaam gebruik heeft men in deze laatste jaren uitgevonden, namentlyk uit dit Kalbabaar aardige septers te maken, die men in de banden draagt, zomtyds uit een enkelden, zomtyds uit twee en drie steelen konstig door malkander gevlogten, bestaande, en met ordentelyke bogtjes raar gevlogten, zoo dat het sbynt van natuur zoodanig gegroeiit te zyn, hier toe moet men nemen een gebeelen Koraalboom, en bezien, of men een enkele rechte steel daar uit kan krygen, dan of men een of twee daar by moet nemen, dog zoodanig, dat aan den stam beneden omtrent een halve voet bloot blyven.

Al de andere takken snydt men met een mes af, de andere schraapt en polyst men, als boven staat, daar na smeert men ze met olie, maak ze leenig over 't vuur, en vlegt ze door malkander als een hairlok, zoodanige vlakken, en bogtjes gevende, als men goet agt tot vercieringe te dienen.

De zamengevlogten bindt men aan de einden met een draad t'zamen, of men maakt 'er haakjes en knopjes aan. Want zoo lange het warm is, laat het zig buigen naar believen, en als dan koud geworden zynde, beboud het de gemelde gedaante van een gevlogten septer, 't welk men als dan nogmaals met ruige bladeren moet polysten, op dat men de voetstappen van de afgesneeden takken weinig bekennen kan, en zoo glad worden als Ebbenhout.

Deze septers van twee, ten hoogsten drie voeten lang, zyn tegenwoordig het ruarste en duurste, dat men van zwart Kalbabaar bekomen kan, dewyl men zelden zoodanige bomen vindt, welkers takken bekwaam daar toe zyn, en men een geheele boom daar toe versnyden moet. Daarom zyn ze ook weerdig geagt aan het dikste einde met goud te beslaan, in forme van een bandgreep, werdende als dan tot presenten aan groote Heeren gezonden.

Het Kalbabaar te snoejen en te polysten, werden onder alle Amboinsche Natiën geen geschkicker gevonden, dan de Eilanders van Bonoa en Manipa, aan de welke men zulk werk moet opofferen.

In de Chineese Boeken leest men, dat het zwart Titsjiu gebrand en gepulveriseert, geneest de gestookten wonden, die men van spykers gekreegen heeft.

Zommige van deze boompjes zyn onder water bekleedt met een peerze of ligt-purpere schorste, de welke zwartagtig of donker werd, als men ze met de banden aanraakt of begint te drajen, maar boven water komende, en droog werdende, werd ze ligt-grauw en bryffelig. Men vindt ook boompjes daar de Aviculæ Mossen genaamt, aan de takken met tien en twaalf zittin, altyd met de steert omhoog, dog aan de uitgetrokkene vallen ze af.

Zyne takken gebrand, tot dat ze tot vooze koolen werden, dezelve fyn gewreeven, en droog opgebonden geneezen de steeken van fenynige Vissen en Duizendbeenen. Van de vermynde vrugt dezès Kalbabaars, ziet aan 't einde van 't negende Hoofdstuk.

De seven en Seventigste Plaat

Vertoont het zwart Koraal, ofte het zwarte getakte Calbabaar, waar over ziet Sam. Dale in zyn Parmac. in quarto pag. 60. alwaar zeer veel Schryvers hier over gevonden werden, ziet ook Boerb. Index pag. 6. by wien ze genaamt wert de zwarte boomagtige Keratophyton.